manifestū sit diabolū in baptismo fide credentis excludi si fides postmodū de
fecerit regredi: Nisi si iustū quibusdam uideatur ut illi qui extra ecclesiā apud
aduersarios & antichristos ꝓphana aqua polluuntur l. baptizati iudicent hi uero
qui in ecclesia baptizantur minus indulgentiæ & gratiæ diuinæ consecuti ēē
uideantur & tantus honor habeatur hereticis ut inde uenientes non interro
gentur utrū loti sint an ꝑfusi utrū clinici an peripatetici apud nos autē de inte
gra fidei ueritate detrahitur & baptismo ecclesiastico maiestas sua & scītas derogat̄
Rescripsi fili karissime ad litteras tuas: quantū ut nostra mediocritas ualuit & osten
di quid nos quantū in nobis est sentiamus nemini ꝑscribentes quominus statuat
quod putat unusquisque ꝑpositus actus sui rationē dn̄o redditurus. Secundū quod
beatus apostolus paulus in epistula sua ad romanos scribit & dicit: Unusquisque
nostrū ꝑ se rationē dabit non ergo nos inuicem iudicemus. OPTETE FILI CARISSIME

AD MAGNŪ DE NOUATIANO ET DE HIS QUI IN LECT. CONSEQ.

## INCIP DE MARTIALE ET BASILIDE

Cyprianus cæcilius primus policarpus nicomedes lucianus succesus sedatus
fortunatus ianuarius secundinus pomponius honoratus uictor aurelius sattius
petrus alius ianuarius saturninus alius aurelius uenantius quietus rogatianus tenax
felix faustus quintus alius saturninus lucius uincentius libosus geminius marcel
lus iambus adelphius uictoricus & paulus; felici pr̄ & plebibus consistentibus ad le
gione & asturicæ, item aelio diac & plebi meritæ consistentibus fratribus in dn̄o salutē.

Cū in unū conuenissemus legimus litteras uestras fratres dilectissimi quas ad nos
per felicem & sabinū coepiscopos nostros ꝓ fidei uestræ integritate & p dī timore
fecistis: significantes basiliden & martialē libellis idolatriæ commaculatos
& nefandorū facinorū conscientiā uictos episcopatū gerere & sacerdotiū dī admi
nistrare non oportere & desiderastis rescribi ad hæc uobis & iustā pariter ac necessa
riā sollicitudinē uestrā uel solacio uel auxilio nostræ sententiæ subleuari; sed
enī desiderio huic uestro non tā nostra consilia quā diuina pcepta respondent
quibus iam pridem mandatur uoce cælesti & dī lege pscribit quos & quales oporteat

87v

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod962/0182